

## Liber

loquatur illis quasi linguis Cui loquitur  
Reuera primum deo patri. Deinde an-  
gelis z hominibus sanctis omnibus: cle-  
cis omnibus. Videt pater deus: z pul-  
cris victoriarum testimonijs delectatur.  
Vident angeli z in laudem z glorijs ex-  
citantur. Vident homines redempti: z in  
gratiarum actiones irremissibiliter exten-  
duntur.

**De** quinq; plagis eius q; signacula  
sunt iusticie viri huius obedientis que nos  
suscepimus i baptismo eius cruce signati  
**Capitulum. xxix.**

**D**ecimus cum  
apostolo z dicentis apostoli sen-  
sum intelligimus quia pat. Ab-  
raham accepit. z posteris suis tradidit si-  
gnum circumcisionis: signaculum iusticie  
fidei. Crediderat enim vt fidelis deo dicitur  
Gen. xxij. **In** semine tuo benedi-  
centur omnes gentes cum non haberet fi-  
lium: iamq; esset senex ipse z vxor eius:  
anus z sterilis. **M**agne rei testimonij  
magne illa circumcisio erat fidei signacu-  
lum: z magne iusticie palmam ipsi z po-  
steris eius declamabat ante deum sue p-  
missionis commonefaciens cum ne vnq;  
offensus vndelibet subterfugeret dare se-  
ntentiam: in quo benedicerentur omnes gen-  
tes: dum signaculum illius promissi com-  
monitorium videret: fidelemq; ac veracem  
ipsum esse deceret. **E**cce autem plura hic  
signacula: signacula iusticie ac fidei: scilicet  
plage quinq; quas pro conditione sa-  
luis humane iste vir obediens suscepit:  
vir iustus z fidelis. **P**ro conditione inq;  
salutis humane: quia profecto talem con-  
ditionem propositam sibi in propheta no-  
nesciebat ipse. **Ps. liij.** **S**i posuerit p-  
peccato animam suam videbit semen io-  
geum: z voluntas domini in manu eius  
videbit z saturabitur. **I**n scientia sua iu-  
stificabit ipse iustus seruos meos mltos  
z iniquitates eorum ipse portabit. **N**one  
igitur nobis posteris eius iure palmam  
iustificationis z salutis siue saluationis in  
sta diuinitas concedit: cu videat no vnum

## Tridecimus

tantum signaculum aut signaculum iusticie  
vulnus: vt fuit vulnus circumcisionis: sed  
quinq; vulnera iusti vapulatus quicquid  
quinq; sensibus suis nostra caro deliquit.  
**N**am signacula hec iusticie vel fidei nos  
in baptismo suauiter suscipimus que ipse  
penaliter suscepit: z sicut cum vnus sig-  
naculi: id e circumcisionis testimonio ex-  
pectabatur ad redimendos homines ven-  
turus: ita nunc a nobis cum quinq; pla-  
garum id est crucis frontibus nostris im-  
presse signaculo expectatur ad iudicandus  
vivos z mortuos rediturus

## Incipit liber tre-

decimus **Quomodo** rapus sit filius  
mulieris ad deum z thronum eius: z dra-  
co qui querbat cum deuorare est iustus  
**Apocalip. xij.**

### Capitulum primum

**E**cce quo-  
modo illusus est draco  
ille qui per tot annos: p-  
tot generationes stetit a-  
te mulierem que erat pa-  
ritura: vt cum peperisset filium eius de-  
uoraret illusus est quia quem paritura e-  
rat mulier peperit: z rapus est filius ei-  
us ad deum z ad thronum eius. **Q**uomo-  
do rapus est. **Q**uis rapuit. **R**apus e so-  
lus doloribus inferni iuria quod impos-  
sibile erat teneri verbu ab eo. **R**apuit eni  
deus: suscitans eum deus: dei verbum ra-  
puit eum ad patrem deum. **U**nde rapuit  
**D**e claustris inferni: de sub grandi lapi-  
de sepulcri. **S**ubtus lapidem misit deus  
manum suam: tulit deus verbum suum:  
z rapuit corpus illud corpus rediituum  
tam facile de clauso q; facile potuisset ra-  
pere de non clauso vel patente sepulcro.  
**D**isulti z ceci qui dicebat se cognoscere  
deum z ponebant lapidem contra deum  
**S**i enim cognouissent domum deum:  
nunq; vnum lapidem mutui dei resistere  
posse sperassent: est aiebat ille **Mo. vij.**  
pater meus qui glorificat me quem vos

## Folium

dicitis: quia deus noster est et non cognovistis eum. Sed redeamus ad rem.

Quid sit raptum esse ad deum et ad tronum eius: et quid sit illud paulus apostolus. Non ab hominibus neque per hominem: sed per ihesum christum.

Capitulum. ij.

**R**aptus est inquit ad deum et ad tronum eius. Duo dicta sunt et dici debuerunt: quia et ad deum raptus est: et ad tronum eius raptus est. Nam et resurrexit et in celum ascendit. Resurgendo ad deum raptus est. Ascendendo in celum ad tronum eius raptus est. Denique resurgendo factus est carne ut erat divinitate immortalis impassibilis: et confirmata est eadem carni habitans in ipsa plenitudo divinitatis tali firmamento ut meminit apostolus.

Roma. vi. Quia resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Proinde iam non solum secundum verbi divinitatem: verum etiam secundum semetipsam assumpta humanitas predicatur deus sicut ex eodem quoque apostolo comprobatur ita scribentem laodicenis. Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem: sed per ihesum christum. Quid enim si non per homines sed per ihesum christum: nomine consequitur quod ihesum christum quo ipse vocavit eum vel fecit apostolum dicat cepisse iam non esse hominem sed esse deum.

Non tamen aiunt patres orthodoxi hoc dicendo: hominis demit naturam: sed confitetur superhabundantem humane nature divinam gloriam. Nam ex quo resurrexit ihesus christus vere quidem est ut erat homo natura: sed deus est gloria. Porro quod astantibus discipulis assumptus ab eis ascendit in celum: et sedet ad dextris dei: quod est nisi raptum esse filium ad tronum dei.

Quod raptus illo ad deum et ad tronum eius adhuc restabat implenda illa promissionis pars: et benedicentur in semine tuo omnes gentes: et quod ad hoc implendum duodecim apostoli reservaverunt.

Capitulum. ij.

## Et dicitur iuxta fide

lem atque humilem confitentis et penitentis david orationem. Iustificatus es deus in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris quia sicut iurasti illi: veritatem fecisti: et non frustratus es eum: quoniam raptum est semen eius ad te et ad tronum tuum. Porro quod iurasti ad abraham non dum vel quod ad consummationem perfeceras: promissionis namque imo repromissionis ad illum sermo hic erat. Gene. xxij. Per me ipsum iuravi: quia fecisti rem hanc et non peperisti filio tuo unigenito propter me benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi et velut arenas que est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre: quia odi sit voci mee. Et quidem cuncta hec preter unum adimpleta erant ihesu christo semine abrahe suscepto in celum ad dei tronum quod reuera in sanctis patriarchis atque prophetis multiplicatum fuerat semen abrahe sicut stelle celi. Nam ipsi sunt stelle que idem eternus sol christus elevatus in celum secum tulit et possidebat illud semen eius portas inimicorum suorum scilicet malignorum spirituum: quemadmodum dicitur. Apo. i. Et sui mortuus et ego sum vivus et habeo claves mortis et inferni: Accurramen pars magna instabat: pars nobis operabilis et necessaria que nobis gentibus: tui enunciatione semel: et iterum facta est. Gene. xxij. Et benedicetur in semine tuo omnes gentes. Ad hanc partem perficiendam apostoli duodecim electi fuerant atque reservati ipso dicente. Jo. xvij. Ergo me queritis sinite habere. Et adimpleat primo inquit euangelista quem dixit: quod quos dedisti mihi non perdidisti ex eis quemque. Ubi nam hoc dixerat. In ipsa cena paulo ante ipsam horam qua cum comprehenderet: relicto eo discipuli omnes fugerunt. Quos dedisti mihi ait. Joban. xvij. Custoditi et non ex his perierit nisi filius perditionis. Statimque subiunxit. Et scriptura impleatur. quod quis ita recte possit intelligi. Jo. circo vel

## Liber

ille vnus perijt vt scriptura impleat: que non tacuit de perditione eius: attamē fm presentem intentionem magis placet sic i telligi ac si dixerit. **I**dcirco istos custodi ui: neq; quisquam perijt ex eis: z sunt oēs incolomes: non solum fm animam. verū etiam fm corpus vt sint per quos scriptura impleatur: per quoz ministerium bene dictio cunctis gentibus in semine abrahe promissa impendatur. Quibus ex sacramentis z vnde sumptis eiusdem benedictionis opus peragendum esset z nunc vsq; peragatur iam superius dictum est. **N**unc restat dicere q̄ inuito z reluctantē dracone sepe dicto i hac quoq; operis vel propositi sui parte vicerit verbi incarnati omnipotens diuinitas diuina omnipotentia deos gentium in spiritu sancto citiens qui omnes erant z sunt demonia.

**De eo quod dictum est: et mulier fugit in solitudinem: z factum est prelium magnum in celo: miabel z angeli eius preliabantur cum dracone. Apoca. xij.**

**Capitulum. iij.**

**E**t mulier fugit in solitudinem vbi habet locum paratum a deo vt ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est prelium magnum in celo miabel z angeli eius preliabantur cum dracone: z dracone pugnabat z angeli eius. **M**ulier postq; filius eius masculus raptus est ad deum z ad thronum eius fugit in solitudinem: z postq; christus ascendit in celum: mater eius id est pars illa gentis eius ex qua ipse est secunduz carnem scilicet apostolica siue apostolice perfectiōnis ecclesia de iudeis collecta cuncta sicur apostolici testantur acul reliquit seculi negocia: ita vt nihil suum quisq; esse diceret: sed erāt illis omnia communia: hoc nanq; est fugere in solitudinem omnes p̄ter victum z vestitum relinquere carnis curam vel seculi sollicitudinem. **Q**ui eius modi erant vel sunt opus habebant z habent pasci de cōmuni elemosina diebus mille ducentis sexaginta id ē euāgelij cau

## Tredecimus

sa siue ipsius domini exemplo qui tot diebus euāgelium predicans cum discipulis suis vixit de euāgelio. **T**ali initio ceptum est preliū hoc de quo dicit. **F**actus est prelium magnum in celo **A**postoli nāq; z quotquot erant apostolice particeps gratie pleni gratia z fortitudie: pleni fide z spiritu sapientie contra draconem quasi in celo superbientem magnum sumpserunt prelium cunctis in mundum vniuersuz z omni creature predicantes euāgelijz hoc nimirum erat fieri prelium in celo id est in illis qui ad hoc preordinati vel predestinati fuerant: vt celum vel sedes fierent deo creatori suo. **N**ā cum in illis vel super illos regnaret dracone diabolus diuis nos ab illis honores exigens tanq; deus: cum ab illis in templis vel simulacris coleretur. **S**tultus putabat se esse in celo: si milemāq; esse altissimo: z hoc agebat vt ipse depulsus ab aris protractus ex delubris primūq; de hominum mētibus errorē deceptus locum daret deo sicut oli factū ē q̄ndo p̄pter supbiā de superiori atq; inuisibili proiectus est celo.

**C**uiusmodi prelium illud fuerit: z quo modo dracone z angeli eius non valuerunt neq; locū inueniunt est eorum amplius i celo **Capitulum. v.**

**Q**uiusmodi prelium illud fuit. **Q**uales vel quo modo aties contra inuicē steterunt. **Q**ualibus armis dimicauerunt: attendamus grāde magni huius prelij miraculum. **M**ichael inquit **A**poca. xij. z angeli eius preliabantur cum dracone: et dracone pugnabat z angeli eius: quibus armis instructi preliabantur isti pugnabant illi. **M**imirum isti scilicet michael z angeli eius armis celestium virtutum: illi autē legibus reguz: decretis imperatoz: furore gentium: scuis manibus carnificum. **T**alibus instrumentis dracone pugnabat z angeli eius. vt sunt administratorij spiritus administrabant euāgelijz p̄dicatoribus omnimodaz operationem virtutum. **U**t in nomine christi demonia eicerent: serpē

tes tollerent: super egros manus impone-  
rent: z bene haberent: mortuos quoq; su-  
scitarent: cetera quoq; signa facerent que  
cunq; necessaria vel idonea viderentur:  
ad sermonis confirmationem. **H**is itaq;  
preliantibus draco pugnans z angeli ei-  
us non valuerunt: neq; locus inuentus e-  
corum amplius in celo. Nullum quippe  
ex eis retinere poterunt qui ad vita pre-  
ordinati fuerant. Quamuis corpora illoz  
occiderent persuasi ab illis reges z ponti-  
lices: reges impij: pontifices mortuorum  
mortui quamuis pro demonijs ne dicam  
suis dijs emulantes penis innumerabi-  
bus corpora disperderent animas christi  
ledere non potuerunt. **T**raconemue z a-  
gelos eius iuuare: quin de isto quoq; ce-  
lo vici ruerent id est cultum quasi diuine  
religionis amitterent. **I**nde est vox illa:  
vox laudis magna quam audimus in ce-  
lo. **A**pocalip. xij. **N**o est in ecclesia. nunc  
facta est salus z virtus z regnum dei nisi  
z potestas christi eius: quia proiectus est  
accusator irarum nostrorum qui accusa-  
bat illos ante conspectum dei nostri die  
ac nocte. **E**t ipsi vicerunt illum propter  
sanguinem agni: z propter verbum testi-  
monij sui: z non dilexerunt animas suas  
vsq; ad mortem.

**Q**uando vel quomodo viderit draco  
proiectum se esse in terram: z quomodo  
persequens mulierem miserit aquam de  
ore suo tanq; flumen id est doctrinam he-  
reticam. **C**apitulum. vij.

**E**t postquam  
vidit draco q; proiectus est in  
terram persecutus est mulierē  
que peperit masculum. **A**c deinceps  
**A**poca. xij. **E**t misit serpens ex ore  
suo post mulierem aquam tanq; flumen  
vt eam faceret trahi a flumine. **Q**uando  
vel quomodo vidit draco proiectum se es-  
se in terram. **N**imirum quando romani i-  
peratores relicto veteris idolatrie cultu  
profano regno dei nostri z potestati chri-  
sti eius se subdiderunt: ceteriq; reges ter-  
rarum z principes cum subditis sibi po-  
pulis christiani effecti sunt: tunc vidit dra-

co: tunc sensit diabolus proiectum se esse  
in terraz id est non habere se vires ad de-  
fendendam sibi vanam affectate diuinita-  
tis gloriam. **A**utauit ergo persecutiois  
modus z aliter persequi cepit q; eatenus  
persecutus fuerat mulierem que peperit  
filium masculum id est ecclesiam que iux-  
ta promissiones sepe dicitas de carne sua  
proiulit deum z hominem christum: quaz  
uis enim quodam respectu altera sit ec-  
clesia gentis vnus israelitice antichristi  
aduentum: z altera de gentibus post chri-  
sti aduentum: vna tamen z vnica est fm  
fidem eandem ecclesia precedentium atq;  
subsequentium iudeorum atq; gentiu:  
**Q**uomodo persecutus est eam. **M**isit  
aquam de ore suo tanq; flumen vt eaz fa-  
ceret trahi a flumine. **H**oc idem est ac si  
manifestius dicat: quia dogmata adinue-  
nit heretica: per quorum tergiversatōes  
corrumpereur fides ecclesiastica. **N**ra cē  
vt dicitur non dubitat quisquis ecclesiasti-  
cas aut nouit aut legit historias. **A**rius  
hereticarum nouissimus quid nisi os  
serpentis extitit: quo tempore ad fidē cri-  
sti cōfugerat filius helene **C**onstantinus  
**P**er illud os suum misit serpens aquaz  
tanq; flumen id est pessime hereseos do-  
gma tanq; sermonem viuum z efficacez  
et de viuō scripturarum fonte profluentē  
**N**on ille primus aut solus tali modo ser-  
pentis: sed omnium per quos serpens ille  
babundantiam iniquitatis sue profudit te-  
rrimus atq; nocentissimus ille extitit

**Q**uomodo aqua eiusmodi primus oc-  
culte irrepens deinde per incrementa vi-  
res capiens per quattuor partes orbis se  
se extendit. **C**apitulum. vij.

**H**oc malus hu-  
ius taz peruersi dogmatis. mō-  
strum primum occulte irrepit  
deinde per incrementa vires capiens p  
quattuor partes orbis: orientem: occiden-  
tem: septentrionem atq; meridiem sese ex-  
tendit. **N**am: europam atq; affricam pe-  
ne repleuit: z contra fidem catholicā gla-  
dijs quoq; regum z imperatoruz sese ar-  
p iij

## Liber

mauit: multumq; sanguinem p̄iorum be-  
stiallyter effudit. Hoc scriptura innuere vi-  
detur dum in ista causa diaboli patrē pri-  
mo serpentem Deinde vt catenus fece-  
rat appellat draconem Sic enim ait  
**Apoca. xij.** **E**t misit serpens ex ore suo  
post mulierem aquam tanq; flumē: z de  
inde aperuit inquit terra os suum z ab-  
sorbuīt flumen: z iratus est draco in muli-  
erem. **P**rimo nanq; heretica perfidia vt  
hec arriana dogmatizans minorem p̄re-  
tilium: minorem esse filio spiritum sanctum  
clanculo apud alexandriam suborta per  
discipulos vel complices arrij lubricis fle-  
xibus z sopbisticis amfractibus sese com-  
mouit: deinde in publico ad auditum po-  
puli prolato capite sibilauit: z r̄sistente ne-  
quitie illius alexandro p̄esule ad vicinas  
ciuitates: ciuitatumq; p̄esules aquas do-  
ctrini flumen de ore suo profudit. **N**on  
vere queant sed tanq; flumen id est elo-  
quentiam quidem siue loquacitatem co-  
piose reundantem habens: sed fontē ve-  
ritatis nesciens scripturaz vocibus abutē-  
do. ac per hoc simplicibus fluminis id est  
sane doctrine quandam similitudinem de-  
monstrando. Tandem vt iam dictum est  
mendacij pater diabolus regum atq; regi-  
narum: imperatorum atq; imperaricum  
fauores adeptus dupliciter insanire cepit  
**H**inc episcoporum linguis: inde principū  
roboratus gladijs atq; ita suam aquam  
quaz velut serpens de ore suo misit tanq;  
draco id est maior factus fortius commo-  
uit: vt mulierem faceret trahi a flumine.  
id est vt ecclesiam compelleret sibi obedi-  
re.

**Q**uomodo adiuuit terra mulierem et  
absorbuit flumen quod misit draco d. ore  
suo. **Capitulum. viij.**

**E**t audiuit  
terra mulieres: z aperuit terra  
os suuz: z absorbuit flumē qđ  
misit draco de ore suo. **H**oc vt dicitur ita  
factum est. **T**unc enim illud famosissimū  
in nicea consilium seruo: principis **C**on-  
stantini excitauit publicis asinis atq; mu-  
lis z curratibus equis episcopos z qui cū

## Tredecimus

eis erant ad sinodum venire precipiens:  
**C**oncilium illud quod catholicam robo-  
rauit fidem recte terraz intelligas que au-  
diuit mulierem quia videlicet de omni ter-  
ra conuenerunt: z quodammodo omnis  
terra suum mutauit locum mittēdo de cū-  
ctis partibus suis personas idoneas in lo-  
cum constitutum. **D**e cunctis ecclesijs q̄  
europam libiamq; replebant: z asiam si-  
mul erant ministroz dei cōgesta cacumi-  
na: vnaq; orationis domus tanq; a deo d̄-  
lata intrinsecus ferebat omnes in idem si-  
rios simul z cylicos: phenices: z arabes:  
atq; palestinos: egiptios: z thebeos: sibi et  
necnon z qui ex mesopotamia oriuntur:  
perfa quoq; venit nec schyba defuit pō-  
tus z asia phigia z pampbilia viros p̄-  
batissimos p̄beuerunt. **A**derant itaces  
z macedones: z vt breuiter dictum sit ex  
omni natōne que sub celo est collecti ade-  
rant viri religionis episcopoz multitudo e-  
rant. ccc. decem z octo sequentibus eos  
p̄sbyteris ac diaconibus z acolitīs quoz  
numerus non poterat comprehendi. quid  
ergo nisi terra vt iam dictum est os suuz  
aperuit: z flumen draconis absorbuit: quā-  
do tot viri de omni terra conuocati sapiē-  
tie sermone: alijsq; virtutibus ornati ore  
consono in defensionē veritatis aperto im-  
pium dogma destruxerunt concorditerq;  
vniuersi fidem z gloriā que hactenus in  
ecclesia permanet dictauerunt: z subscri-  
ptionibus roborauerunt.

**D**e septimo capite draconis quod di-  
citur quasi occisus in morte z plaga mor-  
tis eius sanata est

**Capitulum. ix.**

**D**icitur de ser-  
capitibus draconis illō p̄stat: qz  
iam dudum in cunctis illis vi-  
ctus est: z deus iustus in sermonibus su-  
is victorq; in iudicijs palmam veritatis  
obtinuit: qz sicut promisit sic iurauit semē  
dauid in eternum manet sicut promisit sic  
iurauit in semine abrahe benedicent om-  
nes gentes: z ille neq; per paganos neq;  
per hereticos siue iudeos benedictionem  
omniū gentium prohibere potuit aut po-

## Folium

test. Sed quis diaboli pertinacia; quis ar-  
dentis eius inuidie sufficiat mirari insani-  
am. Et iratus est inquit scriptura **Apo-**  
**ca. xij.** **D**raco in mulierem et adiecit iace-  
re prelium cum reliquis de semine eius  
qui custodiunt mandata dei: et habent te-  
stimonium ihesu. Et stetit super arenam  
maris ait ides qui superiora viderat et vi-  
di de mari bestiam ascendentem habenti-  
tem capita septem et cornua decem: et su-  
per cornua eius decem diabemata: et sup-  
capita eius nomina blasphemie. et bestia  
quam vidi similis erat pardo et pedes ei-  
us sicut vrsi: et os eius sicut os leonis. Et  
dedit illi draco virtutem suam et potesta-  
tem magnam. Et vnum de capitibus su-  
a quasi occisum vsq; in mortem: et plaga  
mortis eius sanata est. Bestia hec septem  
capitum ipse draco est: cuius de sex capi-  
tibus contra verbum dei bellando iupa-  
tis hactenus sermo habitus est. Septimum  
caput hic mira locutionis grauitate desi-  
gnatur cum dicitur. Et vnum de capitibus  
suis quasi occisum in mortem et pla-  
ga mortis eius sanata est et admirata est  
vniuersa terra post bestiam

**Quomodo plaga mortis eius sanata  
vel quomodo habet plagam gladij et vi-**  
**xit.**

**Capitulum. x.**

**Caput illud si**  
**C**ne dubio antichristus erit. In  
quo exardescet illa draconis  
ira nouissima de qua dictum est **Apo-**  
**xij.** **E**t iratus est draco in mulierem et  
adiecit facere prelium cum reliquis de se-  
mine eius. Quid porro est qd caput istud  
quasi in morte dicitur. Et sanata est pla-  
ga mortis eius. Itemq; postmodum scri-  
ptura dicit **Apo. xij.** **Q**z h; plagam  
gladij et vixit. Vbi nam accepit plagam  
gladij et quomodo sanata est plaga eius.  
aut vixit. Nimirum cum alia possunt con-  
uenienter dici de huiusmodi tamen certis  
sacris scripturis testimonijs magnus iste se-  
sus placet: qz dudum in celo damnationis  
eternae sententiam accepit. Et hec est i ca-  
pite isto plaga gladij et mortis. Ille nam-  
q; homo peccati filius perditionis non sim-

## cu

pliciter homo: verum etiam diabolus erit  
et aduentus eius operatio satane: opera-  
tio erit erroris. Diabolus inq; siue sata-  
nas qui aduersatur et extollitur supra om-  
ne quod dicit deus aut quod colitur. Ita  
vt in templo dei sedeat ostendens se tan-  
quam sit deus. Quando iste propter sup-  
biam de celo cecidit: proculdubio plagaz  
gladij: plagam mortis accepit. Sic apud  
Ezechielem dicit in cum sub noie assur  
siue pharaonis **Eze. xxxij.** **E**cce dedu-  
ctus es cum lignis voluptatis ad terram  
vltimam in medio in circumciso: dormi-  
es cum his qui interfecti sunt gladio: quo  
modo autem sanata est plaga mortis ei-  
us. Quomodo et plagam habet tanti gla-  
di; et vixit false. Nimirum sanata est pla-  
ga eius et false vixit. Plaga eius curatio  
culpe est defensio: et in plaga gladij viue-  
re hoc illi in ipsa pena superbere. Hoc qp  
pe in isto dicto est admiratio et presump-  
toris execratio qd cum percussus sit et sa-  
ctus sit diabolus extollit et ostendit se ta-  
q; sit deus. Cum enim diabolus vult se  
ostendere deum quid nisi mortuus contē-  
dit se esse viuum. Exemplū miraculi hui-  
us summere licet de quolibet imitatore ei-  
us. Cum enim quis pro culpa sua iusto  
iudicio de ecclesia pellitur: et tunc in super-  
biam elatus et deiciens opera sua ius-  
tices quoq; criminat qd illi iniusti: ipse au-  
tem sit iustus. Nimirum plaga eius infeliciter  
sanata est et mendaciter viuit: quia dei iu-  
dicio iniustus: suo autem iustus est.

**Q**z caput illud sit antichristus et dedit  
illi draco virtutem suam et potestate ma-  
gnam

**Capitulum. xi.**

**Verba no ius**  
**V**ficietur ad rem consequendam  
maxime vbi audimus. quia de-  
dit illi draco virtutem suam et potestatem  
magnam. Quid enim hoc sibi vult. Quo-  
tendit etiam in isto diabolo. Num p hoc  
similem se fore arbitrat. Altissimus nam-  
q; antiquus dierum vbi sicut apud danie-  
lem legimus **Capi. vij.** **T**ronis positus  
sedit. Et ecce in nubibus celi quasi filius  
p iij

## Liber

hominis veniebat: et usque ad ipsum pervenit: et in conspectu eius obtulerunt eum: et dedit ei potestatem et honorem et regnum. Num peruersus imitator: dando illi be-  
stie siue homini peccati virtutem suam et potestatem magnam dedit: adhuc similis ero altissimo. id est sicut fecit deus quod suum erat in christo: faciam et ego quod meum est antichristo. Ecce quis animaduertens non admiretur qualem usque ad finem siue consumationem de genere humano processerit hinc bonum propositum dei: inde malum oppositum aduersitatis diaboli. **De vna eademque massa vnus exurrexerit qui deus et homo est: et alius qui diabolus et homo erit venturus est.** In isto bonitas predicat dei: in illo peruersitas agnoscitur diaboli. Isto namque nihil melius. Illo nihil deterius. Iste enim deus super omnia benedictus. Ille diabolus infra omnia maledictus. In isto sibi deus complacuit et in eternum complacebit. in illo sibi diabolus complacens: postquam eleuatus fuerit in sublime stultus apparebit. Iste de celo descendit: et de humilibus ascendit sicut virgultum et sicut radix de terra siccanti. Ille de celo cecidit: et de cunctis superbie filiis ascendet tanquam bestia in mari.

**De eo quod apostolus dicit. Et nunc quid detineat scitis ut reueletur in suo tempore. Et in Apocalypsi de sacramento mulieris et bestie que ponat eam.**

### Capitulum. xij.

**N**on sua voluntate moratur diabolus aut venire tardatur antichristus: sed contra suum velle detinetur cum sit in omne malum pronus ac festinus. Et nunc quid detineat scitis ait apostolus **Th. ij. ad Thessa. ij.** Quid est illud videlicet: quia non dum venit tempus eius. Quia tempora non in illius siue cuiuslibet alterius: sed in sua solius potestate posuit deus. Hoc oportebat subintelligere. Sequitur enim **Ut reueletur in suo tempore.** Ad

## Tredecimus

idem est ac si dicat **Superna potestas cum impacientem more iamque volentem reuelari detinet ut non reueletur nisi in suo tempore.** Nam ut scias quod inuitus detineatur quod prope vellet remorari iam inquit misterium iniquitatis subauditur quantum potest videlicet maxime per seuitiam **Aerionis** qui quis fuerit malignus minus tamen in illo diabolus potuit quod in isto poterit in omni virtute et signis et prodigijs mendacibus. Et in omni seductione iniquitatis. Et quantum differtur vel quod signum temporis eius tantum ait ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. cum apostolus hec scriberet **Thessalonicensibus** quis tenebat: et quid tenebatur. **Nimirum** romanus rex siue cesar orbis imperium tenebat: non dicit de vnus persona hominis. **Verbi gratia** **Aerionis** sed de cunctis regibus romani imperij qui quamuis plures numero vnus tamen sunt imperio. **Hic** sensus non solum ratio: verum etiam constat auctoritate. Nam post aliqua eadem iohannis dicit **Apoca. xvij.** **Quare miraris. Ego** dicam tibi sacramentum mulieris et bestie que ponat eam quem habet capita. vij. et cornua de cem. **Septem** capita septem montes sunt super quos mulier sedit: et reges septem sunt. **Quinq;** ceciderunt: et vnus est et alius non dum venit: et cum venerit oportet eum breue tempus manere. **Bestia** namque septem capitum et hic vbi. mulier id est cupiditas sedet super bestiam et illic vbi bestia de mari ascendebat: vniuersitas est impiorum sicut iam superius siue hactenus in dracone septem capitum logo tractatu est demonstratum: et. vij. capita. vij. regna: per que hec bestia siue draco vim suam exegit contra promissionis verbum. **Cum** igitur dicit septem capita et. vij. reges sunt: quinq; ceciderunt vnus est et alius non dum venit. **Septem** reges cunctos eorundem regnorum reges intelligi oportet siue pro ipsis septem regnis scriptum est: septem sunt reges quorum quinq; ceciderunt ait scilicet egiptius: israheliticus babilonicus: persicus: macedonicus. **Et vnus** est qui et sextus videlicet romanus

## Folium

et alius nondum venit ipse erit antixpus.

**De eo quod dictionem suam ita temperavit apostolus tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat.**

**Capitulum. xiiij.**

## Taqz et sapienti-

bus satis dictum tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat: et insipientibus data occasio non est quam non scisci potuissent: si ita manifestus dixisset. Roma que nunc tenet siue romanum imperium quod nunc tenet sub se gentes teneat donec de medio fiat: siue donec discessio fiat. Superbia namq; hominum romam volebat esse urbem eternam: et eternum romanorum imperium. ac proinde nusquam fieri fere religiosus quis impatientius audiret blasphemiam in deum quam romani principes siue milites finem romani imperij per christi predicari euangelium. Satis nimiumq; offenderunt euangelij predicatorum: etiam nemini dantes ullam eiusmodi offensionem quanto magis si iam publice discessionem illam futuram predicarent. Hec pro difficultate apostolice locutionis breuiter dicta sunt. porro quod dicitur qui tenet nunc tenere debeat: vel quod multos post annos de medio fieri: vel discessio venire debeat maxime propter eandem cautelam scribere non debuit fortassis nec ipsi reuelatum fuit quando vel hoc fieri vel quot post annos ille iniquus debeat reuelari: sicut nec danicli cui dicenti ad virum qui indutus erat lineis usquequo finis horum mirabilium. Itemq; domine mi quid erit post hec: non fuit responsum querebat: sed hoc audiuit. **Danielis. xij.** **Uade danicli: quia clausi sunt signatq; sermones usque ad tempus presiniti. Ad discipulos quoq; de temporibus querentes loquitur saluator ipse. **Actu. ij.** Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater potuit in sua potestate.**

**Non posse verbis explicari iram draconis quam per illum hominem peccati**

## ciiij

exercet. Et de eo quod ita dictum est quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui.

**Capitulum. xiiij.**

## Irā draconis quā

exercet per illum hominem peccati: per illum filium perditionis iratus in mulieres sepe dictas et adiciens bellum facere cum reliquis de semine eius frustra laborez quod sufficientibus declamare verbis. **Matth. xxiiij.** **Erunt enim iniquis tunc tribulatio magna quam non fuit ab initio mundi usque modo: neque fiet: et nisi breuiati fuissent dies non fuisset salva omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. proinde quoniam sermo quoque prolixior habitus iam ad finem tendit: et sollicitudo deesse non debet loquenti aut scribenti ne forte per nimietatem fastidium generet legenti siue audienti veniendum est ad id in quo est consumatio denarrati certaminis consumatio victoriae verbi dei. quid est illud: profecto destructio illius iniqui et iudicialia sedes siue sessio filij hominis ihesu christi: quemadmodum ipse post pronuntiationem illius magne tribulationis breuiter innuit: et tunc iniquis. **Matth. xvi supra** videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna et maiestate cum virtute multa et gloria. Qualis ergo erit destructio illius iniqui: dominus ihesus inquit apostolus **ii. ad thessal. ij.** interficiet cum spiritu oris sui. Eo modo per prophetam quoque fuerat predictum. **Ysaie. xj.** **Et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et quidem multos interfecisse legitur dominus: sed de nulla persona nunc occurrit memorie sic esse dictum quod interfecerit spiritu oris sui: siue spiritu labiorum suorum preter illum impium illum iniquum. Num ergo propter singularitatem illius magnitudinis: nimiamque fortitudinem spiritu sanctus qui est spiritus domini ihesu mittendus erit contra eum nec aliter ille iniquus poterit interfici nisi per semetipsum irruat super eum spiritus domini****



## Liber

Et iste spūs sanctus spiritus domini ihesu non ad mortificandū solet emitti non nisi ad viuificandū consuevit imitari. Nec enī in ipso mors est cum ipse potius vita sit. Aliter igitur intelligendum est hic de spiritu oris siue labiorum domini ihesu: et hoc fiet cōmodius si illud quoq; propheticū in presens adducatur vox dicētis Ysaie. xl. Clama: et dixi. quid clamabo omnis caro scimm: et omnis gloria eius quasi flos agri. Erigatum est scimm et cecidit flos: quia spiritus dei insufflauit i eos omnis homo viuens: quid rogo tibi est facilius q̄ sufflare: et quid infirmius coram te q̄ illud quod sufflādo potes dicere. Igitur per tuinet exemplum animi aduertere promptum est q̄ vere fortis sit dominus ihesus cuius nomen verbū dei verbum deus: et q̄ vere vniuersa vanitas erit: etiā ille homo viuens totius generis humani tyrānus maximus: tyrānus dyabolus: q̄ q̄ facile tibi est sufflādo dissipare filum telarū arance tam facile: imo et facilius erit et illum iniquū interficere multis coniecturis que hinc solent fieri: p̄ hunc sensum arbitror quempiam posse liberari.

De interfecto antichristo ibi sit consūmatio victorie dei vbi dicit. Venite benedicti patris mei.

### Capitulum. xv.

**I**n interfecto anticristo paucis id ē. xlv. diebus vt ex danielis visione conicitur interiectis veniet in maiestate sua dominus: et nouissima omnium inimica destruetur mors. Quomodo destruetur ipse dominus. ait apostolus 1. ad Thessalonicē. iij. In iussu et in voce archageli et in tuba dei descendet de celo et mortui qui in christo sunt resurgent primi. deinde nos qui viuimus qui relinqui mur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Illa destructio mortis consummatio erit victorie verbi dei: consūmatio propositi dei cum hoc dicto verbi triumphantis Matth. xxv. Venite

## Tredecimus

benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. q̄ dicit a constitutione mundi hoc est ab eo tempore vel die quo constituebatur mundus in creatioe generis humani quando creatis duobus primis. Crescite ait Genes. i. Et multiplicamini et replete terram. Cum enim duo tantū essent dicēdo illis. Crescite et multiplicamini: illam intendebat multiplicatē que stabit a dextris: et tūc parabat illis regnum presinitū habens numerum quantus deberet percipere regnum dei. Nam qui super numerum illi multiplicati sunt: quiq; stabit a sinistris non pertinent ad benedictionē creatoris: neq; fuissent nati nisi intercessisset causa peccati: quo peraco multiplicabo inquit Genes. iii. Ad mulierem erumnas peccati et conceptus tuos. Erit igitur illic oportuna cōmemoratio constitutionis mundi et benedictionis qua cēs suos electos benedixit dicēdo. Crescite et multiplicamini: magna q; et inestimabilis erit materia laudis et angelis et hominibus sanctis in eodē dicto triumphatoris Venite benedicti patris mei possidete regnum paratū vobis a constitutione mundi Tunc vere in domino laudabitur omnis anima et tunc audientes mansueti et letabuntur: et letantes admirabuntur q̄ illa benedictio prima inter tot maledictionū spinas: de quibus vel pira quas presenti opusculo tractauimus: p̄ire aut exinaniri non potuit vidētes nullum deesse ex omnibus electis dei per curam atq; prouidentiam eius qui illos presciuit atq; predestinauit vocauit atq; iustificauit et manifestauit per gratiam eiusdem filij sui per incarnationem passionem resurrectionē eiusdem verbi sui cuius imaginis conformes predestinati sunt fieri.

De eo quod dicitur est de dyabolo ad beatum iob. Ecce spes eius frustrabitur cum: et videntibus cunctis precipitabitur et hoc agendum spiritu oris domini: vel quid sit hoc fieri spiritu oris domini

### Capitulum. xvj.

## Folium

### Vnc verū ap

**N**parebit dictum illud ad beati iob de dracone illo totiens nominato **Job. xl.** **E**cce spes eius frustrabitur eum: et videntibus cunctis precipitabitur: simulq; omnes impij precipitabuntur cum eo: dicēte triumphatore et iudice his qui erunt a sinistris eius.

**Matth. xxv.** **N**e maledicti in ignem eternum qui parati sunt dyabolo et angelis eius. Quomodo illos precipitabit.

Nimirum quod de vno homine peccati filio perditionis antichristo apostolus dixit **ii. ad Thesalonicē. ij.** **D**ominus ihesus interficiet eum spiritu oris sui: hoc

et dyabolo et angelis eius: et de cunctis impijs hominibus: et si verbis vel sillabis hoc non dixit: vult nihilominus et oportet intelligi q̄a precipitabit eos spiritu oris sui: id est tam facile vt tu sufflando exiguum

quid pulueris aut fumi in auram dispergis. Nam sicut iam supra dictum est pro facilitate omnipotentis qui non laborat

agendo quid et apostolus dixit q̄ illum iniquū dominus ihesus interficiet spiritu oris sui: et p̄pheta dixerat spiritu labiorū suorum interficiet impium. **Et** si auctoritas queritur de cunctorum impiorū damnatione q̄ precipitandi sunt eadem facilitate. **E**cce et alius propheta dixit qd̄ iam supra memoratum est **Ysaie. xl.** **D**is caro senum: exiccatum est senū et cecidit flos: quia spiritus dei sufflauit in eo. **Et** in iob scriptum est **Job. iij.** **Q**uoniam potius vidi eos qui operantur iniquitatem

et seminant dolores et metunt eos flante deo perisse et spiritu ire eius esse consumptos.

**Q**uid sit flatus domini: et q̄lia sint que dicuntur eo flante et spiritu ire eius fieri.

**Capitulum. xvij.**

**E**t ad id quidē

facilitate omnia bona quoq; fecit et facit omnipotēs verbū et ipsam faciet resurrectionē mortuorum sed in huiusmodi dictionem flandi vel ex sufflandi sanctus scripture spiritus pro-

## cuij

ferre non consuevit. **C**ontra superbiāz solet talis edicere vt illic flauit spiritus tuus et operuit eos mare **Exod. xv.** **Q**uod si quis obiciat: et illud scriptum esse. flauit spiritus eius et fluēt aque **Psal. cxlvij.**

**C**ito respondetur non esse hoc dictum de spiritu ire: sed de spiritu gratie. et quis facile sit deo peccatoris cor compūgere: nō tam propter facultatez eiusmodi dictum esse. flauit spiritus eius: q̄ propter insin-

andam diuini ignis dulcedinem: q̄ cum frigidum cor aspirando tetigerit ita temperat et emollit sicut glaciem calidius auster soluit. **P**remiserat enim ante facies frigois eius quis sustinebit. statimq; subiungit. **E**mittet verbum suum et liquefaciet ea: flauit spiritus eius et fluent aque.

**E**xperimentū de lazaro quadriduano q̄ facile factum sit verbo dei

**Capitulum. xvij.**

**Q**uid tanquam

de facilitate quisq; dubitet plura loquimur. **J**udicandus sufficientiam debet argumenta q̄ facile facturus sit que dicta sunt: venies iudex in maiestate sua. primum de facilitate resurrectionis mortuorum. hoc argumentum est. **L**azarus in sepulcro quadriduanus erat et vitam tantum vocem emisit. **L**azare inquit **Johan. xi.** **V**eni foras. **E**t statim prodiit qui fuerat mortuus. **Q**uomodo vel quasi habitum prodiit ligatus pedes et manus istitis: et facies eius sudario ligata erat. **O**portune euangelista hoc perscripsit et ad hanc intentionē nostram non nihil facit: quia videlicet consequitur in illius vocantis voce vim facilitate extitisse que illum pariter et vtiuificauit et de monumento expulit: qui cum esset ligatus pedes et manus istitis: neq; pedibus neq; manibus procepere potuit

**Q**uod si de remissione quoq; peccatorū que prima resurrectio est queritur experimentum q̄ facilis factus sit eidez verbo: filio hominis ihesu christo tam in presenti q̄ in futuro seculo. **E**cce apparet in sorore eiusdem **L**azari maria **M**agdalenę quam iudem adhuc mortalis: adhuc

## Liber

indicandus mortua in ania: iamq; fetens  
tem infamia de sepulcro male consciencie  
produxit: nullam saltem vocem emittens  
quali lazarus de monumento vocavit imo  
z corpore absens illi. Nisi enim de sepulcro  
q̄ fuerat mortua prodisset ante presentia  
eius illo miro modo non venisset. Et de  
illa vbi dixit ei **Luc. vii.** **Fides tua te**  
saluam fecit vade in pace. continuo dixit  
euangelista q̄ demonia septē exissent ab  
ea. Quomodo ergo pro facilitate operande  
salutis et agendi iudicii mentionē fecimus  
cum suffragio sancte scripture de verbo  
exsufflationis: nōne z hoc recte dixerim  
quia septem illa demonia exsufflando id  
est q̄ facillime de illa eiecit cū adhuc eēt  
indicandus homo passibilis et mortalis.  
**Propter eandem facilitatē delendi pec**  
cata totius ecclesie cuius illa typū gessit  
arbitrari licet: quia resurgens ex mortuis  
z stans in medio discipulorumz insufflauit  
dicens continuo **Johan. xx.** **Accipite**  
spiritum sanctum quorum remiseritis pec  
cata remittantur eis. Neq; enim non sine  
insufflatione spū sanctum dare poterat:  
sed opus suum omnipotentie sue verbuz  
deus studiose illo quoq; mō significabat  
semperq; et vbiq; intendens adimplere:  
z verum cōprobare quicquid in scriptis  
sanctis de ipso predictum fuerat. nomine z  
hoc in persona eius apud ysaiam dictum  
fuerat **Isaie. xliij.** **Seruus meus es**  
tu israhel ne obliuiscaris mei: deleat vt nu  
bem iniquitates tuas: z quasi nebulā pec  
cata tua. Quomodo enim nubes aut ne  
bula deletur: nisi facillime z transcurrēte  
serenioris aure flatu. Nō igitur ociose in  
sufflauit dando spū sanctū discipulis in  
potestate remittendi peccata: nec inaniter  
discipuli vel ministri eius baptisando in  
sufflant sicut habet consuetudo ecclesia  
stica: sed opusum prebent illi ministeriuz:  
quatinus per hunc illorum actum quod  
predixit. Nunc quoq; vnicuiq; renascēti  
dicat. **Deleui vt nubem iniquitates tuas**  
z vt nebulam peccata tua.

**De prima resurrectione que est remis**  
**sio peccatorum q̄ facile sit apud eum illa**

## Tredecimus

facere z hoc significari verbo qd̄ dictum  
est insufflauit.

**Capitulum. xix.**

**P**orro de pre  
cipitatione qua sinistros id est  
impios precipitabit cum dya  
bolo z angelis eius: de quo vt iam dictū  
est. ait dominus ad beatum iob **Job.**  
**xl.** **Et videntibus cunctis precipitabitur**  
quod factū tam facilis ei sit vt significat  
ei verbum insufflationis. Item illud pro  
vero argumento est qd̄ adhuc passibilis  
z mortalis: continuoq; passurus z mori  
turus cohorte presidis armatura pontifi  
cumq; z phariseorum ministros solo in  
mitu deiecit. Et enim dixit eis **Johan**  
**xviij.** **Ego sum.** abierunt retrosum et  
cecidērunt in terras. Sed forte dicat quis  
quia pauci erant. In resurrectione autē  
mortuorū quando iudicabit seculum in  
finite multitudines erūt. Num ergo tam  
facile tunc oēs precipitabit q̄ facile pau  
cos illos deiecit. huiusmodi digestio liqui  
dem nōgit recte arguitur nimie vanitatis  
Est autem vtrunq; ratio insimilis: si do  
minus saltem manu iniecta cohorte illaz  
deiecisset: vel tale quid faciēdo quale fuit  
illud quod vnus homo sampson in man  
dibula asini percussit ac deiecit illos tan  
tūmodo dicendo. Ego sum ratio cōfenti  
torum munduz tantum valere contra illū  
quantum cohortem illam siue hominem  
vnuz. Nō si de dyabolo quoq; z angelis  
eius queritur quale dederit experimentū  
adhuc mortalis z indicandus q̄ eos ea  
dem qua z homines facilitate sic in infer  
num precipitaturus: ecce illa legio pro az  
gumento satis est que vnus possidens  
hominem rogabat eundem dominum ne  
ab ipso torqueretur ne ve imperaret illis  
vt in abissum irent. Eadem nimirum fa  
cilitate super cunctas legiones demonuz  
super dyabolū z super angelos eius per  
aget iudicium: nec saltem rogare vaca  
bit eis ne mittantur in abyssum siue in in  
fernum: quia constrictos velociter preci  
pitabit eos omnipotens verbum.

## Folium

De eo quod dictum est apud ysaiam  
Et erit lux lune sicut lux solis: et lux solis  
septempliciter sicut lux septem dierum

Capitulum. xx.

**Q**uid post hoc

erit nisi sempiterna festiuitas triumphi et nunq̄ habitura finem leticia dei letantis in operibus suis. Quales autem erit leticia siue festiuitas illius triumphi. qualis triumphator: deus uerbum deus et homo ihesus christus in maiestate sua sedebit. qualis circa illum procerum eius militum emeritorum confessus erit. quali splendore tota triumphalis eius curia splendet. quis nobis habitum illum nunc saltem ad modicum enūciare possit. nisi semetipsum reuelans per prophetas uerbum domini. Ecce quidā de reuelationibus eius ppheticis ad presens occurrit consonas cunctis preconiis illius eterne beatitudinis beate cōnitatis: que succedit illi iudicio magno et terribili perpetua semper mansura regi illi deo et homini: cunctisq; angelis et hominibus p ipsum confociant: apud ysaiam premissio quia deus iudicij dominus beati omnes qui expectant eum. Post pauca sic dicitur est Ysaie. xxx. Et erit lux lune sicut lux solis: et lux solis septempliciter sicut lux septē dierū in die qua alligabit dominus vulnus populi sui: et percussuram plage eius sanauerit. Quid rogo est vulnus populi domini: et quid percussura vel plaga eius nisi vulnus mortis anime id est peccati: et percussura vel plaga corporee mortis qua de corpore anima recedit. et illius mortis vulnus: et huius mortis plagam siue percussuram tunc dominus ad perfectum sanabit quando dicit Matth. xxv. Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Tunc erit lux lune sicut lux solis: luna ecclesia: sol ipse christus est. nūc in presenti seculo nō est lux lune sicut lux solis: id est non est claritas ecclesie sic claritas christi: quia uidelicet sol xp̄s semp̄ et indeficienter suo lumine fulget. Luna autem ecclesia non proprium: sed a sole


CV


christo lumen habens mutatum: nūc in cremētis gaudet: nunc defectum sustinet: tunc autem semper fulgebit: quia christū in manifesta uisione semper habebit: hoc erit esse lucem lune sicut est lux solis. scimus enim inquit I. Johan. iij. Iohannes qz cum apparuerit similes ei crinus quoniam uidebimus eū sicuti est. Quanta autē erit lux solis. Nam ne parua uideat esse promissio lune in eo qd lux eius erit sicut lux solis. Sciendum est quanta futura sit lux solis: ait ergo Ysaie. xxx. Et lux solis septempliciter sicut lux septē dierum: qualis uel quanta est lux septē dierum: omnia inquit euangelista Iohan. Per ipsius facta sunt. omnia in quibus bona ualde que septimo die cōpleta sunt. Tanta tunc erit lux solis: quia tunc manifeste parebit quale sit uerbus per quod deus omnia sex diebus fecit: et in septimo requieuit ut supra.


## De victoria uerbi

dei volumen originale Ruperti Abbatis  
Luicentis sacre pagine p̄fessoris egregij  
sacramenta pentateucon ceterorumq; veteris ac noue legis librorum occulta  
In tredecim libros diuisum feliciter explicat.  
Impressum per Antonium Sorg eius  
Augustens. Anno dñi. M. cccc. lxxxvij

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DASSELDORF















© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN Gray Scale

- A 1 Red
- 2 Red
- 3 Green
- 4 Blue
- 5 Blue
- 6 M
- 7 M
- 8 W
- 9 G
- 10 G
- 11 K
- 12 K
- 13 C
- 14 C
- 15 Y
- 16 Y
- 17 M
- 18 B
- 19 B



# TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

